

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Illustrem et Magnificum ... Christianum ab  
Hoffmannswaldau ... praeter omnium vota die 18. April  
anno 1679 ... ferali hoc carminis officio ad Conditorium  
comitabatur Henricus Mühlfort**

**Mühlfort, Heinrich**

**[S.l.], 1679**

[urn:nbn:de:bsz:31-133632](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-133632)



65 A 2522 R

HOFMANN VON HOFMANNSWALDAU, CHR., Sammelband mit 5 verschied. Schriften u. 3 Schriften von D. L. Lohenstein, Chr. Gryphius u. H. Mühlpfort. In Hldrbd. d. 19. Jh. ~~300~~ —

▲ I: Heldenbriefe. Mit gestoch. Frontisp. v. Sandrart. Leipzig u. Breslau, J. Felgibel, 1691. 6 nn. Bll., 160 SS. — II: Geistliche Oden, vermischte Gedichte u. poetische Grabschriften. O. O. Dr. u. J. 87 SS. — III: Hochzeit. Gedichte. O. O., Dr. u. J. 63 SS. — IV: Poetische Geschichts-Reden. Die erleuchtete Maria Magdalena. Die Thränen der Töchter Jephthe. Die Thränen Johannis unter dem Creutze. Klage Hiobs aus dem 3. Capitel und Cato. O. O., Dr. u. J. 32 SS. — V: Begräbnuss Gedichte. O. O. Dr., u. J. 80 SS. — VI: Lohenstein, D. L. v., Lob-Rede Bey ... Herrn Chr. v. Hoffmannswaldau ... Leich-Begängnisse. Breslau, J. Felgibel, (1679). 22 nn. Bll. — VII: Gryphius, Chr., Das betrübte Bresslau. O. O., Dr. u. J. 4 nn. Bll. — VIII: Mühlpfort, H., phius, Chr., Das betrübte Bresslau. O. O., Dr. u. J. 4 nn. Bll. — IX: Mühlpfort, H., (Kat. Gedichte zum Tode Hofmannswaldaus, mit Widmungstitel). O. O., Dr. u. J. 4 nn. Bll. — Vorgebunden lat. Epigramm v. J. A. Portner, gestoch. Portr. v. Hofmannswaldau (offenbar zu Lohenstein's Lobrede gehörig). — Schönes Exemplar, stellenweise leicht gebräunt, in dekorativem Hldrbd. der Spätromantik.

Rydander  
164.



ILLUSTREM ET MAGNIFICUM  
REIPUBLICÆ WRATISLA-  
VIENSIS

PRÆSIDEM

DN.

CHRISTIANUM

ab

Hoffmannsvvaldau

in Arnolds-Mühle

*Sacrae Caesaræ Majestatis*

CONSILIARIUM

Castri Namslaviensis

DIRECTOREM

*præter omnium vota*

Die 18. April. Anno 1679.

perenni Civium desiderio

*rebus humanis placidè exemptum,*

Gloria & Meritis immortalem


ferali hoc Carminis officio

ad

*Conditorium comitabatur*

HENRICUS Mühlpsfort.

(1679)



**M** Agnæ Animæ exuvias, diffracta habitacu-  
la carnis,  
Et quantum potuit Libirinæ infringere  
cæca

Sævities, Lacrumas inter planctusque Quiritum,  
Horrisonos gemitus, truncataque murmura Vulgi  
Efferimus; Mensalta suo contermina Cælo  
Astra supergreditur, plaudens victricibus alis,  
Seque reposcenti jam libera sistit Olympo.

Ereptus Pater est Patriæ; Nox ingruit atra  
Et circum Tenebræ Tempestatumque procellæ  
Involvunt trepidas spissâ caligine Mentem.

Quid querar, aut fileam? Tot in uno Funere condî  
Ingentes Animi dotes, & pondera Rerum.

PRÆSES enim manibus Charitum limatus ad un-  
guem,

Naturæ excellentis Apex, & Meta suprema  
Humani Ingenii, delapsum Ancile Deorum,  
Et conturbatæ Pignus venerabile Breslæ

Divinos oculos claudit, Linguæque silenti  
Justitium indicit, toties quæ flectere Cives,

Quæque Palatinas sacrati Cæsaris aures  
Mullecere & fandi depromere melque rosasque  
Sueta, tacet; quanta est, tumulatur Marmore, Suada,  
Quæ valida Herculeis Mentem vincere carenis.

Depo-

Deposuit p  
Cælo teste d  
Pierides fov  
Incixere C  
Vilus, & inn  
Vix puer olt  
Vividiorque  
Æthera trat  
Librat, & a  
Sustinet im  
Se probari  
Haurit opt  
Horrea ha  
More Apis  
Quæ viræ  
Ulterius n  
Erupt, no  
Imbuit, &  
Arcana In  
Ut modof  
Et populat  
Nota illi:  
Ut sacrum  
Impleat, &  
Scandit Eb  
Vilâ latus  
Credidit e  
Non unq  
Bratefilea  
Omnia fa



22  
Depositum prægrande Poli, Vir rebus agendis  
Cælo teste datus, quem mox de Matre cadentem  
Pierides fovere sinu, Lauroque comanti  
Incinxere Caput qui Cunis cum Jove dignus  
Vilus, & innatum generosæ Mentis acumen  
Vix puer ostendit, mox cum maturior ætas  
Vividiorque calor solidaret corpore nervos,  
Æthera transabiit; veluti se fulminis Ales  
Librat, & ardentis radiantia tela diei  
Sustinet immotis oculis, dignamque paterno  
Se probat incubitu; Mentis rapidissimus ardor  
Haurit opus, quas Belga sagax, animosaque Galli  
Horrea habent, Anglusque sinu prægnante recondit,  
More Apis in certas distinguit singula cellas,  
Quæ vitæ civilis iter documenta ministrat.  
Ulterius nec passa moras vis ignea mentis  
Erupit, nobisque diem fulgore sereno  
Imbuit, & Patriæ Lucem, radiosque refundit.  
Arcana Imperiorum, ars abstrusissima Regni,  
Ut modo stringantur, rursus laxentur habenæ,  
Et populus Proteus placido se temperet æquo,  
Nota illi: Zephyris conspirant vota secundis,  
Ut sacrum Patrum numerum, Vultusque verendos  
Impleat, & capiat, meruit quas dextra, secures.  
Scandit Ebur, Veneranda Dice, Jus, Fasque, Fidesque  
Visa latus cinxisse, suamque Astræa bilancem  
Credidit elati manibus terrasque reliquit.  
Non unquam vultu magis est latata sereno  
Bratesilea Parens sibi quæ præsaga spondit  
Omnia fausta status, certa incrementa Salutis

):(X 2

Par

Par vigor, & prudens sapienti pectore acumen  
Perplexos rerum nodos, dubiique recessus  
Dissecuit, Maris infidi sat gnarus Ulysses  
Sirenum scopulos, & inhospita littora Civi  
Qui præterveheret, Ponti obluctantibus undis.  
Cunctorum communis amor; Si fasque, rigorque  
Verteret armatas horrenda in crimina leges,  
Ultor, & afflictæ rursus fidissima parti  
Tutela & portus, cui suspirantis egenti  
Stridula vox, Viduæ lacruma, ætatisque minoris  
Pendens causa strophis, nutum misereatis ocelli,  
Elicuit, justamque malis promptamque medelam.  
Mox ingens patuit Famæ Laudisque Theatrum,  
Per cunctos Fortuna gradus raptavit euntem.  
Non secus ut mediâ surgit venerabilis Idâ  
Cedrus opaca comis, quæ Coelum vertice pulsat,  
Quam subterfugiunt Volucres, pictæque cohortes  
Quamque colunt & mella cavis cœlestia condunt  
Nectaris artifices. Hominum consultus Apollo  
Sic *Hoffmanswaldau* gratam venientibus umbram  
Et creperis Oracla dabat plus Delphica rebus.  
Litibus attritis, & cuncta asperrima passis  
Inter præcípites Pharus extitit alta ruinas.  
Ah quoties toto jaçtatos æquore, proram  
Post tot naufragii tabulas advertere terris  
Jussit, & in Portus fidâ statione recondi!  
Non tam sollicitè dilectæ Conjugis ora  
Ardet amans, ac ille sacro perculsus amore  
Arfit inexhaustis Breslæ emolumenta medullis.  
Non sic virgineum Mater studiosa cubile.

Ser-

Servat  
Ac He  
Nar  
Mem  
Asser  
Virgi  
Uniq  
Quæ  
Civib  
Celsu  
Fama  
Imper  
Ocelu  
Quod  
Aurea  
Nil g  
Præf  
Integr  
Obtin  
Morib  
Non  
Et pla  
Plus o  
Aufp  
Solat  
Hunc  
Indef  
Postq  
Quod  
Spiritu



Servat, delusura Procos sub limine stantes,  
Ac Heros Fortunam illibatumque vigorem  
Nativasque notas decoris, perque omnia sparsum  
Membra Venustatis semper vernantis honorem,  
Affereret, Breslamque suam sine nube serenam  
Virgineam & molli spectaret pace quietam.  
Undique fumabat Belli furialis Enyo,  
Quæ Deus & Cæsar tribuit grata otia nobis,  
Civibus Isæo explicuit torrentior amne  
Celsus Atlas *Hoffmanswaldau* Phoenixque Senatus.  
Fama loquax rerum diviso ebuccinet Orbi  
Imperium Augusti pacis dulcedine florens  
Occlusas Jani valvas, Martisque facellum,  
Quod secura quies, quod lata licentia plebis  
Aurea Saturni simularit tempora prisca.  
Nil grave, nil durum, nil illætabile fasces  
Præsidii videre tui: Sua gloria Templis  
Integra servata est, Victrix Astræa Tribunal  
Obtinuit, Cives haud fictum nomen honestas  
Moribus, obsequiis & vultu & voce probavit.  
Non Titi laus sola fuit servare ruentes,  
Et placido Cives vultu dextraque beare:  
Plus oculis dilectus eras, propriæque salutis  
Auspiciis, PRÆSES; semel hunc vidisse recentis  
Solati grande instar erat; concurrere Cives,  
Huncque suum Solem, cunctis peramabile Sidus,  
Indeflexa acies oculorum ubicunque secuta est.  
Postquam feralis trepidam vox verberat Urbem,  
Quod terræ exosus plusquam servilia Regna  
Spiritus effracto Breslæi Antistitis antro

)(:)( 3

Incola



Incola fidereæ felix successerit Aula,  
In Lacrimas Quiris omnis abit, clamorque ulula-  
tusque

Exoritur, rabido ungue genas & pectora rumpunt  
Attonitæ Matres, Pueri, innuptæque puellæ  
Ante fores pullo mœstæ gradiuntur amictu;  
Et, quos fera ætas incurvat protra sepulchro,  
Adveniunt titubante gradu baculoque tremente  
Et simul ingeminant: Hominum decus atque Vo-  
luptas

Nostra Salus, nostrumque Caput, nostra Anchora Vitæ  
Quippe *Hoffmannsvaldau* properis immergitur um-  
Spiritus imperio qui cuncta movere capace (bris:

Noverat, & quem nos thyrso Pietatis adacti  
Imbibimus, per quem nos vivere cœpimus, ore  
Hausimus, & cunctis animati membra medullis  
Viximus, in tœnes fugiens dilabitur auras.  
Quo ruis, ô Patria Pater, ô sanctissime Custos  
Justitiæ, ô Vindex Legum, pars altera Vitæ  
Vel vitâ potior, Leti penetrabile frigus  
Has Charitum sedes Vultus, Themidisque penitral  
Pectus & os, Suadæ quod regia viva tenebit.  
Ah liceat gelidis manibus ferre oscula suprema?  
Ah oculos liceat media jam morte natantes  
Claudere, & in nostro paulum halitus ore moretur!  
Nos tibi quod charum est, vel viscera nostra vove-  
mus,

Mortalis liceat, si Vitæ sistere pausam.  
Collacrumans reboat tantis ululatibus æther,  
Imbribus assiduis dans argumenta doloris.  
Sed quorsum me Luctus agit? Mens obruta fluctu

Tristi-

Tristitia  
Non me  
Verum  
Quâ mo  
Sparit,  
Prezes,  
Æternat  
Nativit  
Jugera,  
Castalis  
Haustus  
Flamina  
Permissi  
Incivili  
Najades  
Conger  
Ubera c  
Project  
Exolus  
Inque  
Æterna  
Nec ref  
Græciæ  
Præfidis  
Cynon  
Lugubr  
Plangit  
Candid  
Divini  
Sublim

Tristitia, & morbi cruciatibus exsternata:  
Non meminit passas ingentia damna Camœnas.  
Verum toto Helicone Stator, quin totius Orbis  
Quà modo diffusum cumulata Scientia Lumen  
Sparsit, & ullus honor divinis Artibus extrat,  
Præses, & Ingenii Dictator & arbiter ævi,  
Æternaturos retulit super Astra Triumphos,  
Nutavit Cyrrhæus Apex, tremefactaque Pindi  
Jugera, disruptis fulgur vomuere Cavernis.  
Castalis exiguo vexavit rore lapillos  
Hauustus, ab Aonidum fletu, tenuataque passim  
Flumina defervère sacras Aganippidos undas,  
Permissi ad ripas, resonans ubi vallibus Echo  
Incinauit toties ferali murmure Funus;  
Najades Dryadesque ferunt, longo ordine planctus  
Congeminasse suos, Lauro, vittisque solutis  
Ubera crudeli laniasse in vulnera palmâ.  
Projecit Phœbus cytharam, nervosque remisit  
Exosus cantos, damnans vocalia plectra,  
Inque Cupressiferas jussit se vertere silvas,  
Æternas Lauros sacrorum præmia Vatum:  
Nec refert nobis Mæandri flumina mendax  
Græciæ, Amyclæi resonantia gutture oloris;  
Præsidis ad Tumulum vastis clangoribus æther  
Cygnorum niveam demisit (credite) urbem,  
Lugubres canerent qui fracto gutture lessus.  
Plangite Vos Cygni, vos carmina plangite Olores,  
Candidior PRÆSES nive, lacte serenior albo,  
Divini Princeps Cantus, mille inter olores  
Sublimi capite, & longâ cervice coruscus

Innu-



Innumeras meruit conferto in agone coronas.  
 Quin mihi jam dempta deformis casside Pallas  
 Marcentes vultus inarataque Tempora rugis  
 Ostentat, queruloque in pectore plurima volvit,  
 Et lacrumis major dolor est vitalia rodens.  
 Musarum lugente Choro quid restat ad Urnam  
 Quod mea vel Pietas quodque obsequiosa Voluntas  
 Solvere ritè queat? tanto impar Vena dolori  
 Enodes numeros, ruptos lumbagine hiatus  
 Carminis eluctabitur, & modo trama figuræ  
 Corporis ut superest, sic nil nisi pellis & ossa,  
 Ingenii maciem frigusque fatebitur ultro.  
 Non his Inferiis non istâ Thuris acerrâ  
 Maxime, quos genuit Nutrix mea Bresla, Virorum,  
 Afficiendus eras, nec enim fastigia Laudum  
 Exæquare potest dextræ ægotantis Arundo.  
 Gloria Te dudum Populis, quâ Sidus utrumque  
 Currit in exemplum posuit, seclique stuporem,  
 Ipse Tibi æternam Meritis post Funera Laudem  
 Per tot limatorum operum Monumenta parâsti;  
 Ipse Tibi æternos generosi Sanguinis ortus  
 In Natis, Patrii qui viva imitamina Vultûs  
 Munimenta Domus, & stirpis fulcra dedâsti.  
 Si DEUS, ex æquo, qui nostros temperat annos  
 Exiguas Vitæ tantùm donaverit horas,  
 Fortè erit ille dies quâ de vivacibus odis  
 Jure canam, & totum moveam sub Pectore Pindum.



ronis,  
Pallas  
rugis  
volvit,  
ens,  
Uenam  
la Voluntas  
loni  
rus  
urz  
& ossa,  
o.  
  
a, Virorum,  
um  
ado,  
umque  
orem,  
Laudem  
parasti;  
is  
is  
liffi.  
r annos

ore Pindam.





